

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1866**

Caput II. S. Prudentii reliquiæ Besuam allatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUCTORE  
THEOBAUDO.

*q Theobaudo, res sua memoria gestas narranti,  
ac in Aquitania dudum versato, quod ad venera-  
tionem S. Prudentii sepultura spectat, contradic-  
tere nec ausim, nec velim: vellem tamen, tum ut  
locum illum paulo enucleatus explicuissest, tum  
ut experimenta, quibus liquere ait, non impune  
sacro ejus loculo violentas manus adnoveri po-  
tuisse, singulatim adduxisset in medium, eaque  
debitis testimoniosis roborasset. Ceterum, num apud  
Narbonenses hodieque S. Prudentii cultus vigeat,  
ac in eadem sepulturæ ejus locus, quæ olim, ve-  
neratione haberi pergaat, nec ne, documentorum  
scriptorumque inopia in medio relinquo.*

*r Narbonensis varias vices vide in Comment.  
prævio num. 45 et seq.*

*s Obiit hic Dagobertus anno 715 ex Chronicis  
Moissiacensi et Annalibus Francicis Nazarianis.  
Vide Comment. prævum num. 47.*

*t Forte Septem fratres, seu totidem Mauritan-  
ix Tingitanæ ad fratum Gaditanum montes,  
quos arcem Septensem Procopius vocat, teste  
Ortelio.*

*u Hæc ex Paulo Diacono, qui lib. v de Gestis  
Longobardorum cap. 46 sic habet: Eo tempore  
gens Saracenorum in loco, qui SEPTEN dicuntur,  
ex Africa transfrentantes, universam Hispaniam  
invaserunt. Deinde post decem annos cum uxori-  
bus et parvulis venientes, Aquitaniam, Gal-  
lia provinciam, quasi habitaturi ingressi sunt.  
Saracenorum in Aquitaniam adventum. Theobau-  
dus num. seq. iisdem fere verbis refert, atque,  
illum anno 733 contigit; unde anno circiter  
723 Saracenos Hispaniam occupasse, necesse esse;  
verum Hispaniaz regnum, devicto rege Roderico,  
jam Saracenis cesserat anno 715. Vide Comment.  
prævii num. 47.*

*x Non infrequens Saracenis fuisse, ut ecclesiæ  
igne ferroque diruerent, docent exempla num. 49  
Comment. prævii allata: non tam certum, quod  
S. Prudentii prope Narbonem ecclesiam ea tem-  
pore fuisse combustam; ut dictum ibidem est.  
y Carolus Tuditus seu Martellus (sic dictus,  
ut aiunt, quod hostes instar mallei conterere solita-  
tus erat) anno 732 aut seq. in suburbio Picta-  
vensi plurimi Saracenorum milia insigni prælio  
fudit, ut auctores Francie tradunt. Vide num. 48  
Comment. prævii.*

*z Ingens Saracenorum eo prælio occisorum  
multitudo, Francorum autem paucitas faciunt,  
ut utramque ultra verum hic exaggeratam fuisse,  
existimat.*

*aa Et hujus quoque prælli, a Carolo Martello  
cum Saracenis initî, ad annum passim 737 idem  
scriptores meminerunt. Sed, Abderaman primo  
prælio casum, aiunt, non hoc secundo, contra ac  
Theobaudus facit: neque tam Abderaman, aliisque  
Saracenorum rex vel duus Narbonem, sed Carolus  
ipse obsidebat, contra ac iterum Theobaudus ser-  
bit. Vide Comment. præv. num. 48.*

*bb Hujus fabulæ ortum, progressum, et erro-  
res late pertractatos habes tom. III Februario in  
Commentario prævio ad Vitam S. Eucherii §§ 4  
et 5. Consule etiam, si libet, Adriani Valesii  
Rerum Francicarum lib. xxv. Nitiuit ea revela-  
tione quadam de Caroli Martelli ob distractas  
divisusque militibus suis ecclesiarum res damna-  
tione, S. Eucherio, Aurelianensi episcopo, facta  
tempore Pipini regis, filiique Caroli Martelli: sed  
Pipinus sub anno 752 Francorum rex coronatus  
fuit; mortuo videlicet S. Eucherio jam inde  
ab anno 743. Plura non addo, ne actum agam:  
si quis tamen plura desideret, scriptores consulat  
jam laudatos.*

*d  
CAPUT II.*

*S. Prudentii reliquiæ Be-  
suam allata.*

*A*nno vero a Numine Incarnato octingente-  
simi quadragesimo primo, jam deficiente Caroli  
Magni prole sceptrigera a, exorta simulatae  
gravissima in Francia inter fratres, filios vide-  
licet Ludovici, filii Caroli Magni, de finibus  
regni, genitore jam defuncto, barbaræ gentes,  
Normannorum scilicet, Danorum et Brittonum  
cum copiosa multitudo Gallias depopulan-  
das atrociter invadant b. Fiant itaque innu-  
meræ strages Christianorum, ruina urbium,  
oppidorum, villarum et sanctarum exustiones  
ecclesiærum; denique rapiuntur inclytæ civi-  
tates Andegavias, Aurelianias, Lemovigas, Burde-  
gala, Tolosa, Narbona c, totaque miserabilis  
exitio traditur Aquitania, beatissimo Prudentio  
sua sibi defendente. Sed hæc hactenus: nunc  
vero, alii omisssis, ad gaudia nostra accedamus.  
Qualiter scilicet ipsum beatissimi Martyris cor-  
pus ad nos pervenerit. Aliquantis autem tem-  
porum elapsis voluminibus, regnante gloriosissi-  
mo regum Carolo d, Ecclesiæ Christi longe  
lateque festiva per orbem pace floruerunt e.  
Invigilabunt namque sacri pastores supra sibi  
commissa agalmata f; rationales quoque pe-  
cudes, justis pro posse insistebant actionibus:  
eodem itaque tempore, ut in Chronicæ g con-  
tinetur, venerabilis Geylo Lingonensis urbis  
pontificalem gerebat infulam h, vir præclarus  
stemmatis linea pollens i, sed illustrior animi  
virtutibus, quibus admodum divinis preminuit  
in rebus. Qui cum inter ceteros bene moratu-  
mentis habitu orationi incuberent assiduus,  
etiam longinquæ celebrum Sanctorum suffragia,  
paupere spiritu diutissimus presulum, expecta-  
bat: legerat quippe, neminem per se posse sal-  
vari, ideoque dilectorum Domini supplex requi-  
rebat adjumenta. Unde factum est, ut, Jesu  
Domino disponente, tam felicis viæ auspicio pro  
suorum abolitione peccaminum famosissimi per  
orbem Jacobi Apostoli adiret limina, in extrema  
pene parte telluris sita, juxa Oceanus latus k.

*42 Dum igitur, satisfacto votis, alacer repe-  
det religiosus pontifex, Aquitanicas tandem  
attigit oras, post multa terrarum transmissa spa-  
tia, nec multo post, Dei omnipotentis instinetu,  
cuncta clementer justeque disponentis, quadam  
die adesperascente, pervenit ad villulam in  
strata publica l sitam (ut premissum est) pe-  
neque desolatam, in qua gloriissimum corpore  
quiescebat Prudentius, qui, lassitudine cogente  
et temporis instanti densitate, hospitium meta-  
tus est cum suis apud ejusdem Martyris ecclesia  
matricularium m. Et poterat utique vir egregius  
et multarum copiis ditissimus rerum largioris  
nobiliarisque ædis potiri hospitio, nisi et talis  
magis placuisse mansio, quæ solito surgentis  
noctis conticinio ad divinos decantandos hy-  
mnos domo Domini esset propinquior. Suscep-  
tus itaque officio cum suis comitibus, prout pos-  
sibilitas admisit, largis reficitur obsoniis. Ast ubi  
pulsa famæ et surrexere, relicta rite thoris, per-  
cunctatur beatus Presul hospitem suum, quis-  
nam diceretur, quoque honore finalis professio-  
nis;*

*Gelio, Lingo-  
nenesis episco-  
pus, in Hispania  
in Gallias  
rediens.*

a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

*ac prope Nar-  
bonem diver-  
tens, S. Pru-  
dentii reli-  
quias fere  
absque cultu*

l

m

-000 p

AUCTORE  
THEOPHAUDIO.

A nis, martyrii scilicet, an confessoris insigniretur is, cuius memoria in contiguo ab incolis venerabatur oratorio.

Ædibus consultus ait, Prudens vocitatur, Martyrii titulo celebri fama decoratur: Qui primaevus adhuc Christi documenta se- miret, quando, Jam Juvenis meruit palmarum fidei moriendo: Dansque polo flatum, tenet istic corpore stratum,

Nunc pia vota juvat ad corpus ferre beatum;

Quippe piis votis solet ipse favere precan-

rum, Si perfecta fides flagret sub pectore tantum. Sed quia barbarici ruerant huc sepe furores,

Ædibus eversis, nostri periere priores. Villam, quam cernis, credas nos destituisse: Hanc quoque basilicam sine tunc cultore

*illuc servari,  
intelligit;*

43 His et hujusmodi auditis, reverentissimus antistes profundo volvbat pectoris arcano, quod postmodum, Deitate annuente, efficaciter mancipavit effectui. Quid multis moror? Nox

B terram solita totam contexerat umbra: tradun- tur placido mortalia corpora sonmo. Medio vero noctis intempesta silentio, religiosus pontifex de more ad cœlestes cum clericis suis consurgit laudes, iuxta quod ait regius Psalmicus sub tipo Ecclesia: « Media nocte surgebam ad » confitendum tibi, Domine, super judicia ju- » stitiae tuæ n. » Ingressi autem basilicam divina perseruant canticula; deinde, dum sacra ab eis percelebrant præconia, vir vigilantis- simus dignusque episcopi etymologia o, curiose perseruant ecclesiolum, tandem ad ligneam peruenit capsam, quæ, retro altare posita, sa- cratissimi Martyris continebat soma p, et jam pene tota cariosa vetustate computruerat; qua facile patetfacta et illato lumine, sanctissima contemplatur ossa, vilibus et diurnitate temporum consumptis panis obvoluta. Qui, protinus evocato capellano suo, altaque ab imo pectoris ducens suspiria: Heu! inquit, quod tam splendidula lucis aeternæ lucerna tam augusti offunditur tenebris modii, cum potius orbem illuminatum sublissimo digne foret imponenda candelabro. Proh dolor! Ecce topazion, ille lapidum pretiosissimus, cunctas repellens lar- vas, imperialique aptissimus diademati, humili diversarut in pulvere. Sed si forte gratum nos- sem beatissimo Martyri, sine dubio, Aquitania nobis discedentibus, viduata remaneret urna tanti Patroni. O nos vere felices, si nobiscum, sancte Martyr, hinc abire velles!

\* an millumi-  
natura?

C 44 Vix lacrymas reprimens haec paucula di- xerat heros; cui capellanus, vir erudiissimus urbanæque eloquentiæ, non multa pro tempore fans sic intulit: Mirari satis nequeo, honorificentissime pater, cur ille æquissimus Arbitr rerum, qui omnia in pondere, mensura et nu- mero disponit, tam præclarui meriti Virum, et Gallicana dignum amplitudine, tam exiguo, tamque neglecto contineri sinat domicilio: nam, quantum presentium rerum colligitur indicio, vix semel hic Missa celebratur in anno: Haec- cine, gloriose Martyr, placet mansio? Hoc re- condi juvat angulo, dum populus benigno non vis optulari suffragio? Sed absit a pio Viro livida invidia; melius sane acceptiusque foret sydereo Regi, quantum ad judicium meum spe- cat, si populosa constitutus in urbe supplices

placita protegeres interventione, corporum morbos debilium propelleres, recidiva conse- quente sospitate. O utinam sempiterno liberet Numini, Lingonice te inferre civitati! Procul dubio sacerrima ossa haec decorarentur auro vel secundi honoris metallo, quæ hic carioso non circumteguntur, sed potius deturpantur ligno. Age, tam copiosus, tantique pretii thesaurus lumento eruatur loco, urbanisque inferatur ga- zophylaciis: haud est metuendum furtum, quod Omnipotenti probatur esse placitum, multisque mortalibus profuturum.

45 Talia dum dicunt, visus in Martyre si- gunt, *cum suis con-*

Vela revolventes et noscere cuncta volentes. Mox breve, mox igitur, quod confinet, hic reperitur,

Discat, qui nescit, Prudentius hic requiescit, Qui Domini testis fuit indicis manifestis.

Hæc ut legerunt q, ea tollere disponerunt; Sed paulo dubitant, quia Sanctum tangere vitant.

O bene devoti, culpæ formidine moti, Quid formidatis? Nihil est hic, quod pavea-

tis: Non irascetur Martyr, quia mitis habetur; Jam dudum siquidem remorari nolleb ibi- dem.

Mitis inhumanos dimittere vult Aquitanos: Vobiscum certe cupit ire, jubetque referre.

46 Postposito ergo religioso timore, auferunt *clam noctu* beatas reliquias totius corporis, adeo ut nil de-

serte relinquatur arcuula continuoque Hispanica reverenter obvoluta palla, cellerrime, priusquam diesceret, capacibus infarcientur crumenis: erat enim locus isdem pene habita-

tione humana destitutus, tam barbarica infes- tatione, de qua jam satis præfatus sum, quam etiam indigenarum, eum sibi usurpare volen- tium, alterna pervasione, ideoque valde oppor-

tunus ad tale peragendum negotium. Ast ubi more suo de cardine surgit eoo florigerò curru tenebris aurora remotis, concensis sonipedibus, redux ingrediuntur iter, nullo penitus accalarum animadventiente, quod factum fuerat.

Quæ enim in viro tantæ gravitatis tantæque au- thoritatis haberi suspicio furti poterat? Quis vero, ut alia omittam, pontificem quemlibet latrociniū reum unquam audisse se, meminit,

nēdum virum præcelsa stirpe progenitorum, et ob id late notissimum, sanctitatisque non inopem? Sed, o felix plane latrocinium, egregia laude per secula cuncta fruiturum et coram altithrona Majestate gratissimum! Dicat aliquis, præsulem sanctum tale quid attemptare, nulla- tenus debuisse. Sed multorum discimus exem-

plis, sanctos spiritus plerosque, Deo in superis jam post busta conjunctos, vel grataanter pati, corporum suorum reliquias ad uberiorem salu- tem, suique majorem venerationem ad alia deferri loca. Denique protomartyrem Stephanum ab Hierosolymis Constantinopolim r, Nico-

laum a Mirea Barrum s, Magdalenum Mariam ab Aquensi regione Vizeliacum t, ipsum quoque monastica philosophiæ legislatorem Benedictum fideli furto vel rapina a Cassino in Gallicas de-

latum legimus horas u. O utinam tale mihi facinus, tantumque patrare contingere furtum x!

47 Sed quid diutius gaudia nostra per plu- rima demoror? Ingressus itaque beatus ponti-

flex Geilo Burgundiam cum ingente gaudio, Aquitania spoliata, grates referebat Majestati

divinæ.

u  
x  
ac Besuam  
defort anno  
883,

AUCTORE  
THEOBALDO.

divinæ. Tandem vero superna clementia ei Besuam reduxit in memoriam, quam plurimum in visceribus Christi sancta complexabatur charitate, ut eam pauperem et egenam tanta ditaret opulentia. Ut autem episcopii sui contigit terminos, tanta procerum, clericorum, monachorum atque populum multitudine diversi sexus, conditionis et aetatis occurserunt, ut conglobati confestim per semitas pia violentia ipsum sanctum præsumem remorari diutius compellerent, videntes miracula et sanitates, quas beatus martyr pie creditibus publice conferbat. Quid plura? Tandem post multas difficultates cum onere illo sacratissimo, copiosis stipatus agminibus, gratulabundus Besuano subintrat penates. Suscepimus vero officiosissime, ut tantum decebat præsumem, peracti itineris accidentia (ut assolet fieri) refert, Prudentiique beatissimi gloriosam rapinam inter alia commemorat; qui, obnixe ab abbate fratribus exoneratus, tamque incomparabilem Tyberianis gazis thesaurum Besuensi concedit ecclesia anno ab aeterno verbo humano octingentesimo octagesimo tertio y. Nec hoc solum verum etiam,

y

B ne sancto decesserit lumina interdiu et nocte, quasdam episcopii ecclesias eidem loco dedit liberrime, quæ nominatio exprimitur in rerum datarum Codice, ipso beato antistite hoc idem ubique diffamante. Quantum autem Besuam dilexerit ecclesiam, qualiterve proverbit, in eodem libello benevolus et studiosus lector copiose reperiet.

ibique deponit  
die 7 Octobris  
z  
aa

48 Deposito ergo Besuae gloriissimi Martiris corpore Nonas Octobris z, eodem die annuatim decernitur letitia pro tanti exceptione Patroni aa; nec immerito. Si enim olim Octavianus triumphi exceptio festivo quotannis recollebat gaudio, qui animam post letum sevo tradidit orco, quanto magis beati Prudentii, eterna in superis gloria et honore coronati, jocundissimus ad nos adventus perenni (si posset fieri) mancipari deberet celebratissimi? Notandum vero quod plerique arbitrantur, beatissimi corpus Prudentii non a venerabilis Geylone ab Aquitania delatum, sed ab ipsis Aquitanicis obmetum Saracenorum, ab Hispaniarum partibus, transcenso Pyreneo, in Gallias sepius irrumppentium, allatum Divioni bb propter firmissimam loci munitionem; sicuti corpus egregii doctoris Hilarii cc, et beatae Radegundis a Pictavensis, aliaque perplura Sanctorum pignora ab aliis provinciis dd.

teste Agrimo,  
qui fuit e pro-  
ximis Geilonis  
successoribus,  
ee

49 Quod profecto non immerito ut verisimile credi posset, nisi venerandæ memorie Agrimus, præsus Lingonensis, successor ejus, in quadam suo dixisset privilegio ee: « ad multorum, » inquit, « constat pervenisse notitiam, » qualiter Geylo, pia recordationis episcopus, » praedecessor noster, S. Prudentius a Aquitania transferens, in nostrum episcopum Lingonense detulit, et in Besua monasterio ad laudem et gloriam nominis Dei solemniter » collocavit. » Ex quo liquido perpendi potest, ab oris Aquitanicis pontificem seipsum, nostrum illustrissimum detulisse Martyrem, et Besuensi contribuisse cœnobio. Quantis autem quibusve ibidem, in basilica videlicet beatorum Apostolorum Petri, et Pauli virtutem coruscaverit radii, a nescio quo nostratum ff satis plano expeditum sermone, celebri effertur memoria, quæ etiam virtutum insignia in hoc Opere nostro dignum duximus inserrere, ut vetera novis

copulantes superflua recidamus, hiantia supplamus, minus commode dicta, ve letiam vitiouse, ad normam dirigamus gg. Sed ne forte aliena sublegisse, et alterius gloriam in nos impudenter videamur transfundere, ipsis priscis miraculorum ejus virtutibus subsequentem libellam dicabimus, ut, quid nostrum, quidve alterius sit, sagax lector dispiciat.

Explicit liber primus,

ANNO 740.

a Id est, Ludovico Pio, Caroli Magni filio, qui anno 740 e vivis abiit.

b Frequentes barbarorum in Gallias, eo tempore factas, irruptiones apud scriptores Francicos passim obvios descriptas inventies.

c Easdem civitates a barbaris captas (si Narbonem excipias) nominatim enumerat Ermentarius abbas, scriptor æqualis, in *Prefatione ad lib. II de Translationibus et Miraculis S. Filiberti*. Verba illius dedi num. 20 *Comment. prævii*. *Notitia provinciarum et civitatum Gallie, Honori Augusti, ut videtur, temporibus condita, Andegavum (Angers) provincie Lugdunensi tertiaz; Aurelianum (Orleans) Lugdunensi Senonicæ; Lemovices (Limoges) Aquitanæ; Burdigalam (Bordeaux) Aquitanæ II; Tolosam (Toulouse) et Narbonem Narbonensi I adscribit. Ex his Burdigala, Narbo et Tolosa civitates sunt archiepiscopales, reliquæ episcopales.*

d Legendum reor Carolomanno, Francorum ab anno 879 usque ad annum 881, quo obiit, rege: Carolus enin Crassus, anno 880 imperator coronatus Romæ a Joanne Papaæ, a morte tantum Carolomanni, cum Carolus Simplex, Ludovici Balbi filius, vix quicquenvis esset, a Francis fuit evocatus. Carolus vero Simplex: Francæ rex coronatus est anno 893. Ex Labbeo in *Chronologia Technica ad annos supradictos*.

e Non tam pacata fuisse ea tempora, ac Theobaldus his verbis insinuat, temporum horum Fastos legendi manifestum erit.

f Αγριως Græce simulacrum statuamne sepe significat: hic autem sumitur pro diæcesanorum multitudine seu græce, episcopi cursus commissus.

g Besuense Chronicum jam sepe citatum Theobaldus intelligit, auctore Joanne monacho Besuensi, qui sub Stephano abbe Besuensi fuit, de quo num. 49 *Comment.*

h Isaacus Lingonensi episcopo successit sub anno 880. Ex Chronicis Besuensi apud Acherium sepe laudatum pag. 518. Vide etiam num. 24 *Comment. prævii*.

i Comitis cuiusdam, Geilonis pariter dicti, filium vocat Falco in *Chronico Trenociensi apud Petrum Juninum in monumentis Historia Trenociensis* pag. 48.

k Nimirus Compostelle in Galicia, quam Oceanus Atlanticus alluit.

l Id est, in via publica.

m Intra editus dicitur.

n Psalm. 418, v. 62: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justificationis tue.

o Ἐπειστος Græcis est, qui Latinis inspectior, observator, explorator, seu, ut etiam Theobaldi vocabulo utar, persecutator.

p Id est corpus,

q Hinc videtur Geilo una cum corpore schedulam aut inscriptionem, que S. Prudentii nomen et martyrium testaretur, invenisse.

r De

**A**r De S. Stephani reliquiis, Hierosolymis constantinopolim (absque farto tamen) allatis, Marcellinus ait in Chronico ad annum 439: Eudocia, uxor Theodosii principis, ab Hierosolymis urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani, primi martyris, reliquias (manum scilicet, ut aiunt) quae in basilica S. Laurentii posita venerantur, secum deferens. Et Theodorus lector apud Henricum Valesium pag. 568: Eo (Theodosio Juniore) regnante, deposita sunt reliquiae SS. Stephani, Laurentii et Hagnes in martyrio S. Laurentii, die vicesima prima mensis Septembris. Et eodem die celebratur illuc eorum memoria usque ad hodiernum diem. At non hue fortasse resperxit Theobaudus; sed fabulam illam, que apud Surium est ad diem 3 Augusti; quaque S. Stephani corpus jam inde a Constantini Magni tempore Constantinopolim allatum dicitur per Julianam viduam, que viri sui, juxta S. Stephani corpus et in simili tumulo sepulti, corpus auferre se rata, non hujus, sed S. Stephani corpus Constantinopolim detulerit; sed fabula hac ex Marcellino et Theodoro Lectore satis refellitur.

**B** s Signatur ea S. Nicolai Translatio in Martyrologio Romano ad diem 9 Maii his verbis: Bari quoque in Apulia translatio S. Nicolai, episcopi ex Myra, civitate Lyciae, de qua Sigebertus apud Miricum ad annum 1087 huc scribit: In Italia Venetianis mediantibus auferre corpus sancti Nicolai a Myrea Lyciae, a Turci desolata, praecoccupaverunt eos Varenses cives, numero 47, et ab Antiochia Myream venientia a 4 monachis, tantum ibi inventis, extorserunt sibi ostendi tumbam Sancti: qua effracta, ossa Sancti in olei liquore natantia integrum numero extrarunt, et Varin (Barium) cum gloria attulerunt. Facta est haec translatio anno 745 a depositione sancti Nicolai. Historiam Translationis hujus ex Joanne archidiacono Barensti, qui illam sub annum 1088 scripsit, latius explicatam habes apud Surium ad diem 9 Maii pag. 416 et seqq.

t Vezeliacum (Vezelay) Burgundia oppidum est in diocese Augustodunensi: condidit illic sanctimonialium monasterium seculo nono Gerardus comes; sed brevi a Saracenis oversum et a Gerardo instauratum monachii Benedictini incolvere. Hujus loci monachum, Badilonem dictum, S. Maria Magdalene reliquias eo detulisse, ait: sed unde acceptas? Id ipsos monachos Vezelienses latuisse, ait Sollerius tom. V Julii pag. 12; sed seculo duodecimo eam apud illos invaluisse opinionem, quam Theobaudus sequitur, corpus S. Mariae Magdalene ex Provincia, ino ex ipsa Aqvesextensi urbe ad suum canonicum delatum fuisse, furtim nempe a Badiloni surreptum. Contra Provinciales S. Mariae Magdalene corpus penes se et fuisse, et remansisse, contendunt; quorum sententiae ut verosimillimum Sollerius subscribit, quidquid in contrarium variis scripserint. Consule, si lubet, illius Commentarium in Vitam S. Mariae Magdalene, ubi hanc controversiam §§ 11, 12, 13 et 14 multis est persecutus.

u Verum et ea de re inter Benedictinos ipsos lis est non exigua: utul sit, Translationis hujus Historiam, auctore Adalberto Floriacensi monacho, edidit notisque illustravit Henschenus tom. 3 Martii a pag. 302.

x Licitum id olim a nonnullis, sed male, putabatur.

Octobris Tomus III.

y Hinc Castellanum, qui anno 885; et Tillemonium, qui 887 S. Prudentii corpus Besuam delatum scribunt, corriges.

z Id est, 7 Octobris: perperam igitur signat hic Castellanus & Septembri, 20 vero Octobris Gualtherotus. Vide num. 23 Comment. prævii.

aa Recentes tamen, die 6 Octobris S. Prudentium colti, scribunt. Vide num. 4 Comment. prævii.

bb Burgundia primaria civitas est.

cc De S. Hilario, Pictaviensi episcopo, actum est ad diem 15 Januarii, et tom. VII. Maii a pag. 594: verum nihil ibi alibi invente translati Divisionem ejus reliquiis.

dd De S. Radegunde regina pariter actum est in Opero nostro tom. III mensis Augusti ad diem 13 ubi in Commentario ad illius Acta prævio num. 83 S. Radegundis corpus usque ad annum Christi 1562, quo Calvinistarum rabie combustum fuit, Pictavi conservatum fuisse dicitur; non ita tamen, quia subinde alibi delituerit, ut in Quintinianensi non procul Pictario Benedictinorum monasterio ob crebras subitasque Normannorum irruptiones aliquando delituit. Ita fieri etiam potuit, ut, quod Theobaudus ait, fuerit aliquando ob imminentium barbarorum metum Divisionem delatum. Triplices ejus translatio signatur, una apud Saussayum ad diem 28 Februario; altera in Florario nostro Ms. ad diem 11 Februario; tertia ad 24 Octobris in eodem. Verum quo tempore, et quo facte sint binæ haec translationes, dictum Florarium non edicit.

ee Agrimi Chartam, unde haec Theobaudus habuit, integrum habes ex Chronico Besuensi num. 27 et seq. Comment. prævii. Sedet Agrimus in Linconensi cathedra saltem ab anno 889, uti ex eadem Charta conficitur, monachus mortuus sub annum 910 in S. Benigni monasterio.

ff Hinc, Theobaudum monachum Besuensem fuisse, colliges, uti et auctorem libri secundi Miraculorum S. Prudentii, qui proxime sequitur.

gg Ex his colligo, Theobaudum librum secundum Miraculorum S. Prudentii non transcripsisse ipsius auctoris sui ubique verbis; sed quodam in ille mutavisse, rescidisse, supplesse, etsi non admodum multa; licet paulo infra dicat, se dicto libro Miraculorum S. Prudentii secundo ejusdem Martyris virtutes seu miracula assignare, ut olim scripta sunt. Rem declarabunt uberior ea, que in librum II Miraculorum S. Prudentii ex Ms. Divisionensi, quod a sexcentis aut septingentis annis exaratum Chiffletius censuit, infra annotabuntur.

AUCTORE  
THEOBAUDO.

## LIBER II.

### CAPUT I.

**D**epositis Besuœ S. Prudentii reliquiis, varia ibi miracula ad illius invocationem eduntur.

**D**ecursis in priore volumine, qualiter sacra-

tissimus martyr Prudentius, hostibus evictis,

45

policam